

**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ oraculis, & Sacr. ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1707

Litteræ Deputationis Visitatoris Apostolici Sede plena per provisionem Sac. Congregat. Form. XI. & XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)

scilicet, an Episcopus cum consilio duorum Canonicorum seniorum, & graviorum ab ipso Episcopo electorum constituerit omnia, quæ ad Dei cultum, pietatem, mores, & litterarum studia pertinent: nec non, an de consilio duorum de Capitulo totidemque de Clero ad formam dispositionis Sacr. Concilii electorum fecerit Taxam contributionis, & unionis Beneficiorum. Insuper an rationes reddituum Episcopus singulis annis accipiat praesentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero Civitatis deputatis, diversis à quatuor supradictis, ut idem Concil. disponit *eff. 23. cap. 18. de reform.* Sin minus inquirendum de modo ergendi juxta mentem Sac. Concilii Trid. nempè per unionem Beneficiorum, vel per eorundem taxam, à qua nemo est exemptus nisi expressè post Concilium reperiatur privilegiatus Nicol. *in flosc. verb. Seminarium n. 5. & seqq.* etiam si Beneficiatus sit Praelatus Domesticus, aut Assistens Papæ *Sac. Cong. Concilii in Cefenaten. 20. Junii 1705.*

23. CORRIGENDI. Per hanc clausulam, non solum censetur data Visitatori Apostolico facultas corrigendi visitatos quoad mores tantum: sed si crimina

sint gravia, etiam eos ab officiis, Dignitatibus, & Beneficiis prævia causæ cognitione deponendi, & privandi, ut observat Graff. *decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 25.* Et Clericos se subiicere recuantes visitatione personali censuris cogendi *Sacr. Congregat. Concili in Aprutina 18. Julii 1705.* emanata favore Ordinarii.

24. CONDITA ETC. CONFIRMATIONE. Est hic notandum, quod, & si Papa dedisset Visitatori facultatem absolutam abique restrictione ad ea, quæ sacris Canonibus non sunt contraria, confirmandi Statuta condita: adhuc talis potestas subintelligeretur data sub ciuitata conditione, *dummodo non sint iuri contraria, in honesta, & illicita:* quia Papa Statuta, seu privilegia confirmando (nisi confirmatio fieret ex certa scientia & causa cognita) nunquam censetur confirmare voluisse, quæ sunt iuri contraria, ut plura iura cumulando probat Barbos. *in cap. ad nostram per tot. de confirm. util. vel iniuit.*

Quando autem Visitator Apostolicus Sede plena deputatur à Sacr. Congregatione Episcoporum, & Regularium, solent expediri literæ tenoris sequentis.

FORMULA XI.

» **SAC. &c. censuit committendum Andreæ Episcopo Venusino, ut Apostolica auctoritate visitet Civitatem, & Diœcesim Lycien. illarumque Ecclesiæ, Monasteria, loca pia, personas tam laicas, quam Ecclesiasticas, tam sæculares, quam utriusque sexus Regulares, etiam quomodolibet expressio- ptas, cuiuscunque Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam necessario exprimendi, cuiusvis gradus, & conditionis existant, tam in capite, quam in membris, cum potestate illas punieendi, corrigendi, & reformandi. Ad hæc Pontificalia in eadem Civitate, & Diœcesi exercendi, atque eisdem personis Sacraenta administrandi; Et præterea exigendi Procurationem à Sacr. Canon. & Sac. Concilio Trident. præscriptum, itemque vecturas Equorum tam ab Episcopo Lycien. quam à Clero, & in pecuniis, & circa ea quæcunque Decreta necessaria, & opportuna faciendi, illaque debitæ executioni demandandi, etiam invocato, si opus fuerit brachii sæcularis auxilia. Et cum aliis facultatibus, quæ aliis Episcopis Visitatoribus Apostolicis attribui consueverunt. Eo tamen adjecto, ut peractam Visitationem Sac. Congregationi referat, actaque omnia originalia probè obsignata, viaque secuta transmittat. 10. Junii 1627. apud Nicol. *in flosc. verb. Visitatio Apostolica num. 15.***

Ab

Ab hac formula non discrepat alia , Religiosissimo , ac Piissimo Viro Cardinali Petruco de mandato Innoc. XII. sub qua commissa fuit Visitatio Civitatis & Diœcesis S. Severini in Piceno , quæ est sequens .

F O R M U L A X I I.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|---|
| 1 Cardinali afferenti aliquid sibi à Papa
Commissum , plenè creditur , etiam
quod litteras suæ commissionis non
offendat . | 2 Cardinalis assertio vergens in pie-
judicium tertit , & facta sine ju-
ramento , an probet remis-
se esse Legatum , ereditur , ibi . |
|---|---|
- Cardinali afferenti acta vidisse , vel

Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osservandiss.

„ **L**A Santità di nostro Signore confidando nella singolar prudenza , e zelo
 „ di V. E. in virtù della presente la costituisce , e dichiara Visitatore Apo-
 „ stolico della Città , e Diocesi di S. Severino , con autorità di visitare le Chie-
 „ se , Monasterii , luoghi pii , e persone Ecclesiastiche tanto secolari , quan-
 „ to Regolari , dell'uno , l'altro sesso ancorche esenti di qualsivoglia ordine ,
 „ religione , congregazione , o istituto così nel capo , come ne membri , e
 „ di correggerli , punirli , e riformarli conforme alla disposizione de Sacri Ca-
 „ noni , Concilio di Trento , Decreti Apostolici , e Constitutioni degli ordi-
 „ ni , come anco d'esercitare ivi i Pontificali , e amministrare i Sacramenti
 „ senz'altra licenza del Vescovo Diocesano , e di esigere la procurazione secon-
 „ do la forma prescritta dal medesimo Sacro Concilio , e le vetture de Cavalli
 „ tanto dal medesimo Vescovo , chedal Clero visitato proporzionalmente .
 „ Di fare sopra queste cose gli ordini , e Decreti necessarii , & opportuni , edi-
 „ eseguirli secondo la sua nota prudenza . Compita poi che farà la detta Visi-
 „ ta , si compiacerà P.E. V. di trasmetterne gli atti , e Decreti fatti à questa
 „ Congregazione , & a V. E. bacio per fine humilmente le mani . Roma 10.
 „ Agosto 1694.

Di V. E.

Umiliss. & Affectionatiss. Ser

G. Card. Carpegnā.

A. Altoviti Segretario.

ADNOTATIONES.

1. IN VIRTU' DELLA PRESENTE . Dum Cardinalis exercebatur Officium sibi à Papa commissum ,

conquerebatur Episcopus , quod exerceret Pontificalia , & administraret Sacramenta absque sua licentia , ex quo sibi non confaret per exhibitionem deputationis , talem facultatem fuisse tri-

tributam: At absque fundamento: quia tum in Epistola familiari ab eodem Cardinali eidem Episcopo transmissa (qua illum certiorabat de sua deputatione) & in Edicto publico, quod præcesserat Visitacionem, omnes facultates fuissent expressæ, satis de illis constare dicebatur: Cardinali enim afferenti aliquid à Papa sibi fuisse commissum plenè creditur, etiam quod litteras suæ commissionis non ostendat, ut ait Farinac. *de test. quest. 63.* à num. 15. ibique Vulpin. *in succ. cap. 2.* num. 12. Ricc. *Collect. 2122.* vel assertioni, & *Collect. 1459.* Zacch. *de republ. Eccles. tit. de Stat. Cardinal. privil. 6.* vel afferenti in Decreto acta vidisse Zecce. *ibid. privil. 11.* vel se esse Legatum Gloss. *in cap. nobilissimus 97. dict. Gaballin. in Gloss. ad Constat. Aegypt. lib. 1. cap. 1. vers. legato num. 2.* Barbos. *in cap. cum olim num. 15. & 16. de privileg.*

2. Quidquid sit dicendum, an ei creditur quando ejus assertio vergit in magnum tertii præjudicium; de qua questione agunt Graff. *lib. 5. consil. de adulter. & supr. consil. 1. num. 24.* Barbos. *in dict. cap. cum olim num. 9. de privileg.* Tondut. *qu.*

beneſ. tom. I. cap. 69. num. 44. Et an illius testimonio deferendum sit fine juramento de quo Innoc. *in cap. olim II. num. 2. de privil.* & alii apud Pignatell. *consil. 41. num. 5. tom. 4.* hæc inquam erant extra hypothesim: quia nulli inferebatur præjudicium, sed honor Ecclesiæ illi augebatur, & subditis utilitas, & beneficium.

Harum autem Formularum, Brevium, & Epistolarum exemplaria otiosa prorsus nè reputes: nam cum frequenter tam Vicarii, quam Visitatores Apostolici, depotentur vigore litterarum Sac. Congregat. Episcoporum vel etiam Nuncii, Apostolici, absque specifica expressione facultatum, sed cum clausula generali remissiva — *Colle facoltà solite à darsi à Vicarii, & Visitatori Apostolici*, prodest habere exemplum facultatis relatæ, ex quo quis scire potest, quænam illæ sint.

In Urbe autem pro Ecclesiis, Monasteriis, & locis Piis, Papa tanquam Episcopus, deputat per organum Secretariæ Congregationis Visitationis Apostolicæ, aliquando Cardinales, & aliquando Prelatos, ac Episcopos in Curia commoranter formula sequenti.

F O R M U L A XIII.

S U M M A R I U M.

2 *Visitatores quique sint Deum præ oculis habere debent, & aperitione Visi-* tationis ipsum invocare Oratione hic data.

” Sanctissimus Dominus Noster deputati in Visitationem Ecclesiæ, & Monasterii Sancti Pauli extra mænia Urbis Congregationis Monachorum Cassinenium, tam in spiritualibus, quam in temporalibus Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Petrucium cum Coadjutore R. P. D. Paracciano cum facultatibus attributis in Brevibus Sanctitatis Suæ super emanatis die 16. Januarii 1694. injunxitque, ut per Eminentiam Suam Visitatio hujusmodi cum suis Decretis, ut suprà peracta referatur in Congregatione Sacrae Visitationis Apostolice subinde habenda. Datum Die 2. Martii 1693.

Loco ✠ Sigilli.

I. Caracciolum Secretarius.

Monacelli Form. Pars II.

Z. Et